tabo ego eum: in no
uissimo die. *Ad Chorinthios*

Fratres: *In Epistola*

Si xpistus pre
dicatur quod resur
rexit a mortuis: quo
modo quidam dicunt
in uobis quoniam resur
rectio mortuorum non est?
Si autem resurrec
tio mortuorum non est:
neque xpistus resur
rexit. Si autem
xpistus non resur
rexit: inanis est pre
dicatio nostra. inanis
est et fides uestra.
Inuenimur autem
et falsi testes dei: quo
niam testimonium
diximus aduersus
deum quod susci
tauerit xpistum
quem non suscita
uit si mortui non
resurgunt. Nam
si mortui non resur
gunt: neque xpistus
resurrexit. Quod
si xpistus non resurrexit:
uana est fides uestra.
Adhuc enim estis
in peccatis uestris. Ergo
et qui dormierunt
in xpisto perierunt.
Si in hac uita tan
tum in xpisto speran
tes sumus: mise
rabiliores sumus
omnibus hominibus.
Nunc autem xpistus
resurrexit a mortuis

License: public_domain – [sine loco], codices restituti, various, de_Hamel_r – Beauvais Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-4ihz/2839/37293)